1379 8 9 [?] Ex Monaster. Calis Montis

561.

157

Nos Petha Judex et Mandotha Subjudex Sandomiriens. Universis quibus expedit, Protestamur, Quod Woyslaus Heres de Jeszow et Uxor ipsius Johanna Jure et Judicialiter quinquaginta Marcas Grossorum Pragensium acquisiverint, in quibus quinquaginta Marcis praefatis Woyslao et Uxori ipsius Johanne dedimus intromissionem, in suam portionem Hereditatis praenominati Woyslaus et Uxor ipsius Johanna debent pacifice tenere et quiete possidere tam diu donec eis dicta pecunia quinquaginta Marcarum integraliter et complete fuerit juxta consvetudinem revera persoluta. In cujus rei testimonium Nostra Sigilla huic Litere sunt appensa Datt in Opatow feria secunda proximo post Nativitatem Sanctae Mariae Anno Dni MCCCLXXIX Presentibus his Nobilibus Joanne de Janowice, Jacusio de Budoszow, Martino de Grocholice, Alberto de Woysza, Michaele de Bamstencza, Miecislao de Grocholice et alijs quam plurimis fide dignis